

BARTHOLOMAEVS HALLER E Q V E S.



Bartholomæus Hallerus ex nobili familia Hal
lersteinorum natus, à iuuētute sua uirtutibus
operam dedit, & in uirum maximum euasit. Pri
mò enim Cæsaris castra secutus, passim in bellicis
expeditionibus talem se exhibuit, ut à Carolo 5. e
ques auratus designaretur. Postea quoq; politicis
rebus incubuit, atq; ob singularem prudentiam &
uitæ probitatem in magna authoritate fuit. Itaque
Carolus Imperator, & Ferdinandus rex, nec non
Maria regina, quæ Belgis præfuit, hunc uirum
inter suos consiliarios receperunt, & res magnas ei
expediendas commiserūt. Id cum Franckfordien
ses percepissent, ipsum suæ Reipublice Prætorem
declararunt. Hæc quidem officia ipse summa animi moderatione suscepit, &
honestè peregit. donec tandem Franckofurti anno 1551, die 4 Martij uita fun
geretur, ubi etiam in ède S. Bartholoméi, cum honesta sepulchri inscriptione,
quiescit, id quod ipse anno Domini 1565 in mea per Germaniam pere
grinatione inspexi, atque quæ hic posita sunt, de eo notaui.

Anonim,